Nº 1317
N. 16.

Leg. 4 - N. 44. C.

1

364 - 3

Vendicion otorgada por el Sere
nissimo Rey Don Sancho de Mallorca
a favor de Don Bernardo de Somo
Vizconde de Ebol del Lugar de
Fontrrabiosa —

Esta Cabrebado en el Cabreo nuebo
del Vizcondado de Ebol, en el —

Evol

Lig — 17.
Litz — V —
Nº — 5 —

Nº 16-

Evol

Legº 4

Nº 44 C

Vendiçion hecha
por el rey al don
fernando de çien
rrauilla

Noverint universi Quod nos Sancius dei
gratia Rex maioricarum Comes rossilionis et ceritanie ac dominus montispesulani scientes et atten
dentes quod vos nobilis bernardus de sono dudum prop
ter evidentem necessitatem expensarum dumptaxat
devenisset omnino quas iuxta probitatem et nobilitatem
vestram et necessario feceratis et facere habuis
tis vendidistis et vendere habuistis Illustri
domino Jacobo felicis recordationis quondam Regi maio
ricarum patri nostro homines & feminas quos et
quas habebatis in villario de fonte rabioso terre
nostre Capsirii cum eorum successoribus Et cum man
sis bordis censibus directis dominiis laudimiis et foris
capiis et cum omni alio iure quod in dicto loco ha
bebatis prout in instrumento publico inde facto
plenius continetur. Nos enim attendentes necessi
tatem vestram predictam volentes nobilitatem et ge
nerositatem vestram vestris et predecessorum vestrorum
meritis exigentibus ex nostra regali potesta
te conservare Igitur ex causis predictis et prop
ter multa grata servicia que vos et predecesso
res vestri nobis & nostris predecessoribus fecistis et que
vos quotidie conamini facere volentes baro
niam vestram ad bonum statum integritatis redu
cere et confirmare per nos et omnes nostros In fe
dum et ad feudum tradimus dicimus et tradimus
vobis predicto nobili bernardo de sono et vestris in
perpetuum ad consuetudinem barchinone omnes
et singulos homines & feminas dicti villaris de
fonte rabioso terre nostre Capsirii cum omni
eorum prole nata et nascitura et cum mansis &
bordis et eorum pertinentiis et integritatibus
et cum aliis eorum bonis et cum censibus et terre
meritis usaticis et cum directis dominiis lau
dimiis et foriscapiis et cum omnibus aliis iuribus et
pertinentiis eorum sic expressis & non expressis ad
nos in dictis hominibus et eorum successoribus et in
dicto villari et eius terminis & pertinentiis ratione
venditionis vestre predicte dumtaxat per
tinentibus & spectantibus sicut melius dici scribi
predicta dici et intelligi potest ad habendum ad uti
litatem et comodum vestrum et vestrorum Preterea
cum non solum deceat regiam magestatem
barones suos et eorum baronias conservare verum

etiam deceat eos remunerare et meliorare
ideo nos volentes vos dictum nobilem remune
rare infeudamus et tradimus quo quasi tra
dimus vobis in feudum omnes iusticias civiles
et mixtum imperium et omnem aliam iuris
dictionem simplicem et cognicionem et puni
cionem omnium criminum per dictos homines et
feminas et eorum successores delinquentes in suis
terminos dicti loci preter cognicionem et
punicionem illorum criminum in quibus seu pro
quibus mors naturalis vel civilis vel membri
abscisio vel pena sanguinis aliqua vel depor
tacio aut exilium sunt de iure vel consuetu
dine infligenda que nobis et nostris penitus reti
nemus. Retinemus etiam nobis et nostris quod ho
mines supradicti et eorum successores sint perpetuo fran
chi de hoste et cavalcata et opera et guayta et
sono sive via fora hominum castri nostri de podio
valenciolis sicut ceteri homines dicti castri
et castellanie eius adque omni et singuli cas
tellanus noster dicti castri vel alius officialis
noster possit dictos homines vestros de fonte ra
boso et eorum successores compellere sicut ceteros
homines dicti castri et castellanie eadem
ad bonum et sanum intellectum vestri et ves
trorum successorum. Et confitemur et recognosci
mus nos a vobis habuisse pro predicta concessio
ne feudali quadringentas libras barchinone
ses de terno de qua moneta sexaginta solidi valent
unam marcham boni argenti sinceri et pensi
perpiniani quas vobis remittimus in solutum aliarum
quadringentarum librarum quarum pretio nobis
vendidistis medietatem vestram omnium ac
bonorum et lignorum que vendi sunt vel pendent
in nemore vallis de Amans et alibi in toto ter
minio et pertinenciis castri vestri seu vallis
vestre de Enol. quod nemus habetis nobiscum pro
indiviso medio vero de quibus quadringentis
libris predictis a vobis sub forma predicta pa
catos nos tenemus. Renunciantes scienter
exceptioni pecunie non numerate et non habite
promittimus vobis quod non fecimus nec de cetero fa

ciemus aliquid quo minus per predicta valeant
vel infringi possint vel eorum tenori. Et nos pro-
mittimus vobis quod predictum feudum quatenus su-
perius est expressum faciemus vos et vestros bonum
habere et tenere in pace ab omni persona et deffen-
demus vos et vestros in eodem sicut domini tenentur
suum vassallum deffendere, salvo tamen in omnibus
et per omnia jure nostro feudali et homagio in
vobis et vestris tenentibus et qui pro tempore tene-
bunt dictum feudum et jure quolibet alieno. Et nos
Bernardus de Sono recipientes a vobis prefato domi-
no rege domino nostro predictum feudum sub par-
tis et retentionibus supradictis promittimus vobis
prefato domino regi domino nostro quod pro dicto feudo
erimus vobis et vestris nos et nostri fideles vassalli
et servabimus vobis et vestris pro eodem fidem et
fidelitatem prout fideles vassalli tenentur
vero suo domino, et pro predictis facimus vobis ho-
magium ore et manibus et prestamus vobis jura-
mentum fidelitatis per Deum et eius sancta quatuor
evangelia a nobis corporaliter tacta. Et ad facien-
dum et prestandum vobis et vestris successoribus
simile homagium et fidelitatis sacramentum
astringimus et obligamus nos et successores nostros
in dicto feudo ad vestrum et vestrorum successorum
bonum et sanum intellectum. Acta et laudata
fuerunt hec in camera regia castri Apamiarum secunda
kalendas novembris anno domini millesimo trecen-
tesimo septimo, domino inspectu(?) et testimonio no-
bilium Amalrici Dei gratia vicecomitis Narbone
et Gasperti Dei gratia vicecomitis Castrinovi et
Berengarii Dei gratia [illegible] et Ar-
naldi [illegible] fidelis prefati domini regis. Sig+num Jacobi
Sobirani scriptoris qui hanc cartam scripsi mandato
scriptoris publici supradicti et suprascripsi in eodem cum
lineas vos/et erasi et emendavi in [illegible] lineas nostras(?).
Ego Guillermus de Bosquettons(?) scriptor publicus per-
[illegible] subscripsi et hoc sig+num feci.



Sig+num meum Guillermi Domenech
regia auctoritate notarii publici ville
Apamiarum et scribe domini et curie
regii patrimonii comitatuum Rossilionis et [illegible]

tarie et ars maij a ... regij scriptu
rarum dicti domus et Curie Regij patrimo
nij qui presinsertam regiam concessionem
in quodam Regio regestro papireo cohopertus
pergamenis numjto et cohoperto numero
trigesimo quinto Inscripto regestratam et
continuatam ab eodem Inventario predicti
regij patrimonij recondito extraxi et in hijs
duobus papiri folijs scriptis in fidem et testi
monium premissorum rigorem ... nui de facto
per curiam regij patrimonij instante admo
dum Illustre et nobile domino Comite de [illegible]
rano et vicecomite de [illegible] regni di
cto die vigesima octava mensis Junij anno
MDCXVIII folio